

**M**agnopere prodest canis rabiosi mortibus, rimas pedum sedisq; perniunculos & carcinomata, cum decocto melle lenit. Triti crudi, potique ex asinino lacte auxiliantur contra serpentum phalangiorumq; morbus, acq; scorpionium iecus. Decocti autem, & cum jure elatiti, iu prosum, qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum haue-  
runt. Triti, tela ac spicula e corporibus detrahunt, filii superponantur. *Dioscor.* & *Mizaldus.*

**C**ancerorum huius taliuum calcinatorum ad albedinem cinis adversus morbum canis rabidi laudatur. *Quercet.*

**R**ANA vulgaris notitia sunt. \* Contra omnium serpentum venena pro antidoto sunt, si ex sale & oleo vel butyro edantur, iusq; earum itidem sorbeantur: contra in veteratos tenditum rigores pollent. Illicius earum cinis, profundi sanguinis impetus sistit: explicant alopeciarum inanitibus ex liquida pice illinitur. Inducit etiam vini fastidium rana viridis, ex iis, que in fontibus salient, si viva in eo suffocetur. *Dioscor.* & *Mizaldus.*

#### De aëris & volatilibus.

**H**IRUNDINES, uti sicedula, \* in cibo, acie-  
vis medicamentum præbent. Tam pullorum, quin matrum in fæcili olla crematarum cinis cum melle oblitus, oculis claritatem adferit: an-  
ginae eo commodè perunguntur: uva & tonsillarum inflammationibus hoc cincere succurruntur. Et ipsæ, & pulli exiccati, si drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos juvant, qui angioæ morbo  
conflictantur. *Dioscor.*

**H**irundinum aqua epilepticis confert. *Quercet.*

**G**ALLUS ad ius purgatorium eligatur rufus plurimulus, annos, sed tamen adhuc ad motum, pugnam, coitum alacer & in dimicando validus, macri & pinguis medius, hoc est, bene carnosus. Talis autem gallus furoris Galeno nutritus, aliis etiam melle & paucō sale, plurimum fatigetur, vel à nobis venantibus, vel portis dimicando de-  
capitatus, & exteratus, cum sale, aut sale gemma, igne lento, aqua sufficiente coquatur ad diuatum aquæ partium coniunctionem, aliis atque aliis simul incocatis, pro variis Medicorum scopis. *Medici Colonienses.*

**G**ALERITA, avicula est parva, apicem in ver-  
sice pavonis modo gestans. \* Hac asa, & in ci-

A bo sumpta, cæliacos adjuvat. *Dioscorides.*

**L**OCUSTAE omnibus nocte. \* Odoris suffici-  
utinæ difficultates adjuvant, præsertim que fo-  
minas male habent. *Dioscor.*

**C**ICADÆ passim in Italia cognoscuntur, at-  
que adeo inibi vulgaris notitia sunt, ut sapé ex-  
state assidue cantu mestoles, agricolæ, ac viato-  
res in campestribus obtundant. \* Quæ si in alia  
manduntur, vesicas doloribus profund. Siccæ  
B quidam utuntur ad colicorum affectus, cum paribus numero piperis granis, dantq; aut tres, aut quaque, aut leptem, per intermissionem scilicet, &  
ipsos etiam paroxysmos. *Dioscor.* & *Galenus.*

**C**ANTHARIDES officiosæ notitia sunt. Pro-  
bantur in frumento inventæ, verticolores, & qua-  
luteas in aliis transversæ lineæs habent, corpore  
oblongo. Cribro aut fictili vale conduntur, cujus  
os raro linteо subligatum deorsum vertitur, ut  
excepto halito acerbi quām acerrimi ferventis ex-  
stūt exanimetur. Postea siccantur, & pyxidibus  
C ligneis, aut fidibus vitratis reponuntur. Bien-  
num durant. \* In remedis externis, tum nis que  
vesicas excitant, tum aliis interdum totæ sumun-  
tur. Recentiores autem alas & pedes auferunt  
semper. *Florenti.*

**C**OLOMBORUM pulli occulta proprietate  
renum dolori conferunt, & incorruptum sanguinem  
emendant: sed dum interficiuntur, capite  
truncari debent. Eorum carnes facultatem  
habent sanandi tenescunt, quem curcubit fre-  
quenter comedere solet. *Rhabas.*

**P**ASSER, CULUS troglodytes vocatus, qui o-  
midum avicularum, excepto Regulo, minimus  
spectatur, & justa sepes ac muros vicuum quarti-  
tat, volarumq; perbrevenit facit, naturalem vim  
admiratione dignam habet. Sale euuin conditus,  
ac crudus in cibo acceptus, concretos calculos lo-  
tio expellit, & ne renascantur, prohibet, ac mor-  
bum perfectè sanat. Conditur optimè pennis e-  
vulvis, atq; inde largo sale adobratus, arefatus  
E comeditur. Si plures adfuerint, coqui possunt  
more aliarum avicularum. Possunt etiam non de-  
plumes utr in olla operata, & cinis unius usi cum  
paucō pipere & cinnamomo exhiberi. Sunt, qui  
vivum pennis prævulvis sale condiant, quod me-  
lius est. Alii affatos edunt integros, ita ut nibil ex  
eis præter pennas abiciant. *Aetina.* & *Aeginus.*

#### De Animalibus venenosis, Sectio XX.

**Q**UIBUS datæ sunt CANTHARIDES, F signa eveniunt gravissima. Ab ore enim  
ad vesicam ulq; cuncta erodi sentiuntur:  
picam aut simile quiddam cedriæ resipiunt: dextra  
præcordia inflammantur: urinam ægre reddunt,  
& subinde cum lotio sanguinem emittunt: strig-  
menta nō secus, acq; dysertericis, alvo deferun-  
t: fastidia urgent: animo linquuntur, obortaq;  
vertigine cōcidunt: postremè mente abalienan-  
t. \* Ergo antequam tale nomiñil accidat, da-  
to oleo, aut supradictorum aliquo, vomere co-

gan-  
tunt: mox ubi vomitione plurima rejicerunt,  
halices, aut oryze, tragi aut prisinae tremor, ut  
decoctum malva, aut feminis lini, aut sonnigra-  
ci, aut radicum althææ, clystere infundatur. Præ-  
tereæ nitrum eisdem dandum ex hydromelitæ, ut  
quæ stomacho adhuc, aut intestinis adhærent,  
eluendo excernantur, ac descendant. Quæ nis-  
sic discitantur, ingesta in alvum ex nitro aqua  
multa vacuari debent. Detur deinde vinum, aut  
passum, in quo pineoli nuclei, aut cucumeris se-  
mina contrita sunt, aut ex lacte, aut multa, auran-  
tia.

serinus adeps in passo liquefactus. Inflammatae A autem partes, hordei farina cum mulsa decocta perungantur. Ab initio admota cataplasmata nocent, quod citatus ab eis calor, illapsum virus ita remoratur, citò in principes se partes inficiunt: ipsa tamen interfecto tempore, molestissimis inflammationibus opitulantur, utpote quae dolores & permulcent, & leniant. Tum ubi corpus calcinante oleo inunctum fuerit, in solium descendere oportet, ac lavare, ut per cutem summa, quae corpori noxia inhaeserunt, etiam exterrantur. Et dejectiones multifariam moliri oportet, ne affectus infigatur, & stabilitatem cappiat. Gallinaceis carnibus, & hædinis aut fuislis, catulis maximè pinguisibus, & tenerim, ac eum lati femine coctis, vesci debent: siquidem alvum cident, atq; venenorum acrimonias heberant. Vinum dulce liberalius eibatur. Prodest thuris cortex, & Samia terra, si quaterne singulorum drachmæ cum passo sumantur: item pullegium ex aqua tritum: irinum aut rosaceum cum ruta decocto: recentes vitis ramuli, cum passo detriti. Longè omnium potentissime antidota auxiliantur, cum aqua mulsa, drachmis quatuor pota. *Dioscorides.*

Iis, qui ERUCAS PINORUM hauserint, illicio dolor in ore & palato exoritur: vehementer alvi, linguae, ac stomachi inflamatio torquet: intestina dolos excruciat, ita ut pruriginem sentire videantur: corpus totum exstuat: fastidium urget. \* Quibus est succurrendum remedii, quae devoratis cantharidibus dantur. Peculiariter tamè pro simplici oleo & irino, melinum, quod e cotonēis pomis & oleo temperatur, accipiemus. *Dioscor.*

Qui BURRESTIN biberunt, non diffilile nitro virus sapiunt: stomachi, ventrisq; vehemens dolor insequitur: tam venter, quam stomachus mirum in modum, ut in aqua inter cutem diffusus, inturgescit. Universa corporis facies contentur: urina supprimitur. \* Quibus eadem, quae potis cantharidibus auxiliatur. Privatum post vomitus & vacuationes, quas elysteribus molimur, atidē fieri prosumi: item earum decoctum, ex vino. Ubi verò jam fere pericula inclinantur, Thebaicarum palmularum cibo, aut caruam tritarum in mulso aut lacis potu juvantur. Pyrorum etiamnum omne genus esse, & lac humatum bibere conuenit. *Dioscorides.*

Si SALAMANDRAM hauserunt, linguae inflamatio consequitur: omnes & sermo prepeditur: tremor cum torpore, aut horrore quadā, ac evolutione accedit: partes nonnullæ corporis livoribus circumquaç: fugillantur: saxeque diutius immorante veneno, putrefacte deflant. \* Quibus prestabilitum cuncta, quae potis cantharidibus. Peculiaria verò remedia, resina, pinus, aut galbanum ex melle linctum, & ajugæ decoctum, in quo nuclei pincæ conterantur: ut tice quoq; folia, cum liliis & oleo decocta. Profundit etiam ova testudinis marinæ, aut terrestris cocta: item ranarum jus, cum quibus cryngii raxis incosta sit. *Dioscorides.*

Qui LEPOREM MARINUM biberunt, pescum virus olent: procedente tempore, alvus dolo afficitur, & urina fistitur: & si quando eam reddere contingat, purpureum colorem referit: omne pescis genus averfantur & odio habent: factio ac gravi sudore manant: biliosus vomitus, interdum laevum promiscuus, subiequitur. \* His dandis lac aminnum, vel passum continuo, aut radicis malvæ foliorumque decoctum, aut trita cyclanini radix cum vino, aut veratri nigri, aut leammonii succi drachma, cum aqua mulsa, punicio: mali acinis. Cedra contrita cum vino ethicax est: anserinus sanguis, ut tepebit, potus. Sed cum pilces omnes repuant alvernenturq; catulis fluviatilibus canceris yes, i pelliou, abundanti eos admitto vino, adjuviq; ab his percoquunt: cumq; appetere & comedere pitces coepiunt, sive salutis indicium habent. *Dioscorides.*

RUBETA, aut RANA PALUSTRIS assumpta tumores cier: pallor corpus vehementer decolorat, ut planè buxeum spectetur: spirandi difficultas torquet, & gravis halitus oris, singulariter: invitata interdum genitura profuso consequitur. \* Adjuvantur secundum vomitionem, multo meri potu, & aruidinis radicis binis drachmis, aut cyprii totidem. Breviter, cogendi sunt, ut vehementi ambulationi & cursui le credant, ob torporem, quo corripuntur, quinetiam quotidie lavandi sunt. Ceterum pulvis rubetæ articulæ pestilenti buboni impositus, venenum mirè attrahit. *Dioscor. & Geßnerus.*

HIRUDINES cum aqua devoratae, si ori ventriculi adherent, tractione parium nonnullam fictionis imaginem præbent: eo enim argomento hausta hirudo deprehenditur. \* Has muria sorbitione exscitit, & Cyreniacus succus, aut laeserpitiæ folia, aut beta, cum acetō, aut potanivis giebula, cum posca: nitrum ex aqua gargarizatur, aut atramentum sutorium acetō dilatur. Si fauibus hæreant, in aquam calidam ingressis, aqua frigida ore contineantur, & ad eam hirudines exilient. *Dioscorides.*

De RABIOSI CANIS mortu sermonens alis præpofulimus, quod id animal domesticum ac frequens esse consuevit, & in rabiem lepius agitur, ac perit, ab eoque caveri difficile: inde periculum inevitabile hominem manet, nisi multis utatur auxilia. Canis plerunque flagrantissimus testibus in rabiem effteratur: interdum quoties frigora incellerunt. Rabiosus autem potum & escam averatur: largam spumantemque puituram naribus & ore projicit: torvè & solito tristius intuetur: in omnes passum sine latrato irruit, & æque feras hominesque, tam familiares quam ignotos, mordet: nec protinus infestum quicquam infligit, nisi ut vulnus, dolorem: exinde morbus ille, qui ab aquæ metu hydrophobicus Graja voce est appellatus, contrahitur. Evenit autem cum distensione nervorum, rotundaque corporis rubore, præsertim faciei, cum sudeore & languore quedam. Aliqui autem splendorè fugiunt: ali sine ulla doloris intercapidine

vexantur. Sunt etiam quiccaum more latratus edant, & obviam factos mortu adoriantur, ac mordendo simili vitio labefactent. Proinde ex iis, qui hoc vitium senferint, neminem servatum vidimus, nisi fortitan ex historia unum aut alterum evasisse audiamus. Siquidem Eudemos superasse quandam affirmat. Theonilone aliqui demeruin in hunc furorem incidisse, & evasisse fatentur. Alii ipsum cum amico aquam expavescient morem gererer, & officium exhibet, quadam naturarum concordia, similem contraxisse affectum: sed post multos tandem cruciatum servatum extulisse. Molestissimum itaq; genus morbi, à quo multis, antequam ipsum experientur, vindicavimus, & complures ab aliis medicis servatos novimus. \*Ratio medendi duplex: una communis, qua utendum in omnes mortus, quos virulente animantes impresserunt: alia peculiaris, privataq; eorum duocaxat, quos rabiosi canes inomorderint: qua nonnullis quidem summam opem ferre conuevit: aliis vero inutilis, maxime qui ex multo iam tempore iustum accepunt. Quae ad hanc pertinent, primum expomemus: deinde cursum perstringemus, qua ad communem medendi rationem pertinent. Caneros itaq; fluviales in largitudo albæ vitiis cremare oportet, & cinereum eorum quinam minutissime tritum habere reconditum: itidem gentianæ radicem fusam, cibramq; reponere. Quoties autem canis rabiosus mortuum inuoluerit, inquaternos cyathos meracum vini, bina cineris cancerorum cochlearia, unumq; gentianæ conjiciantur: hæc in polenta dilutiori modum subacta, quartiduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur. Atq; si ab illato mortu bini terni dies fluxerint, curationem auficabimur à triplicato pondera, supra id quod ab initio retulimus. Optimum hoc aduersus rabiosorum mortuus auxilium: quod & plerique unū lausfecit, eoq; cum fiducia ut fecerit. Sed utalis etiamnum auxilii cotta inevitabile periculum muniamur, nihil catenis utri prohibet. Satius autem multo fuerit, etiam in vacuum recidat, medicamentorum inhumano tolerare eructatus, quam per inertiam ac desidiam in discrimen adduci. Nec ita in demoris a rabiose animali majora vulnera veteri oportet, uti minoris, & ulciculis cuius similia: quippe majori vulnera confertim copiosus sanguis emanans, potest nonnihil virulentum liquoris exhaustus: quod in minoribus non accedit: quin à majoribus abscedentes carnes hinc auferre, & labia acie scalpellæ circumscribere, & prehensam hamulo aut vulsellæ carnem amputare oportet. In utrisq; circumstantia loca altioribus ulciculis scarificanda, ut copiosior sanguinis vacatio arceat, ne venenum membranum inficietur. Cucurbitulæ cum multa flamma agglutinataq; id juvantem praestant, ut venenum vis extraheatur. Quæ vero ad communem medendi rationem pertinent, vide apud Dioscor. lib. 6.

INTER ferientium venenatorum notas, nihil de VESPIS & APIBUS particulatum digessi-

A mus, quod conspicuæ omnibus sint, & nihil excellens, aut notatu dignum in his observetur: inter remedia tamen earum meminisse non fiat alienum. \* Igitur aduersus utrarumq; ictus profect illita malva, & bordeacea farina cum acetô, ficulneum lac in vulnus instillatum, & murice aquæ marinæ fatus. *Dioscor.*

B De MORSI à PHALANGITIS locus quidem ipse quasi ab impacto aculeo rubet; non intumescens, nec per ambitum calidus est, sed medicamente humelebit: ubi vero contrariorum occurrit, cœlestis totum corpore tremor, distensiones poplitum & inguinum, convulsione non diffimiles: in lumbis collectio exoritur, & perpetua urinæ libido lacessit, multaque reddendis excrementis colluctatio. Universa cute frigidus sudor emanat, collachrymant oculi, offususque nebulis caligant. Horum ictibus ficulneum cinerem adjecto sale trito, & vino imponere oportet: aut radicem sylvestris punicæ quam te-

C nusimne tritam: aut aristochiam cum hordei farina & acetô subactam. Ulceræ aquæ maris proluenda, aut apiastræ decocto, foliæ ejusdem illicienda. Lavacris perpetui utendum, & propinandum abrotani semen, anisum, aristochia, cicer sylvestre, cuminum Aethiopicum, cedrides tritæ, platani cortex & trifoliae herbae semeni privatum autem singulorū ex his binas drachmas dare cum ulni hemina convenienter myrræ fructus, & chamaephytos, & viridium cupressi pilularum decotum, admitto vino. Sunt, qui fluvialis cancer expresum lucum cum lacte, afflumpio apii semine, confessim molestis liberare prodant. *Dioscor.*

D Si COLOPENDRA, aut dicta ophioctene, mortum inuitat, locus per ambitum livore sugillatur, & computreficit: interdum que, li èt raro, feculentus atque ruber cernitur. A mortu ipso exulcerari locus incipit, ulcusq; id negerium exhibet, fure remedis in uitium: præterea tuto corpore priuigo quoque sentitur.

E \* Hæc ubi mortam infixit, sal quam levissime tritus, ex acetô vulneri inspergendas, aur ruta sylvestris superponenda. Locus acida muria soverdas, & danda in potu aristochia cum vino: aut serp'linum, aut Calamintha, aut ruta sylvestris. *Dioscorides.*

F Scrofulonis mortu inflammari statim incipit locus, & indureficit, ac intentus rubet, violenter dolore premitur: modo siquidem exstuat, modo frigore occupatur. Labor repente fatigat, & aliquando meliusculæ habet, aliquando reudefcit. Consequitur sudor, horrors sensus, & tremor. Extremæ corporis partes refrigerantur, inguina extolluntur, per sedem flatus exscent, capilli eriguntur, pallor membra decolorat, & dolor, tanquam expungente acu, per universam cutem sentitur. \* Percussis prætentis est auxilio fæculneum lac in vulnus instillatum. Scropius ipse, qui iustum vibravit, tritus, & percusso loco impositus, sua plaga remedium est, ob causam quandam naturarum (ut constat) discordiam: quæ antipathia appellatur. Præterea nitus, &

tus, & impositus cum sale, lini semine, & althaea scorpius convenit. Sulphur ignem non exper-  
tum, resina terebinthina exceptum, & emplastrum modo adjectum, auxiliatur. Itidem galbanum ad splenii formam ductum & calaminta, quæ trita illinatur, & farina hordei in vino parata, in decocto ruta. Semen trifoliae herbae tritum, & vulneri injectum opitulatur. Hæc ad affectum locum pertinent. Post hac quām efficacissimis potionibus utendum, cujusmodi sunt aristolochia, presertim corticis, binæ drachmæ cum vi-  
no, tulsi gentiana, & pulegium decoctum, & bacca lauri paucu numero trite, & calaminta cum posca, in qua magnopere discoqui debet: cu-  
prellus cum vino & ruta, nec secus siculum lac:  
la serpentum, si adsit; si desideretur, peucedani succo utendum: efficax est potum trifoli & ocy-  
mi semen. Horum autem omnium vicem etiam penatjugis lavacri usus, evocatus sudor, & di-  
lute vini potionis. *Dioſcorides.*

**S**i MARINA PASTINACA percussit, pro-  
tinus accidunt molefi dolores, allidux & convulsio-  
nes, laſitudo, & imbecillitas, mens percussa la-  
bat, postea obmutescunt: oculi caligati. Percussus autem locus in ambitu cum vicinis partibus de-  
nigratur, & ita obtutus est, ut tangentem non sentiat: hunc si quis premat, atra sanies, crassa, & ma-  
le olens exercitur. \* Et, qui à marina pastinaca  
icitur, omnia quæ de viperarum mortis paulo post  
referemus, similis modo convenient. Peculiariter autem ictus à marino scorpione, & dracone  
inferuntur, qui molestos cruciatus cident: interdū  
autem, sed raro, nomas excitant. Quibus abſin-  
thi, salvia, aut sulphuris ex aceto tritum potio sub-  
venit. Ipsi etiam dilecti, vulneribusque imposi-  
tis, cuiusq; ictus remedio sunt. *Dioſcorides.*

**A**' MURE ARANO percussis, circa mortuum  
in orbem inflamatio exortitur, nigraq; pustula,  
diluta sanie turgens exurgit, proxima partes li-  
vent. Kupta pustula, depalcens ulcus, non ei dis-  
simile quod serpit, occupat. Intestinorum quoq;  
tormina, difficultas urinæ, & frigida aspergina  
ossufo consequuntur. \* Hujus mortibus auxiliatur  
ex galbano splenium, per se vulneri exterius  
impositum, ut medicamentum modo aceto tritum,  
& hordeacea farina cum aceto mullo illata. Quin-  
etiam mus ipse, qui mortuum intulit, si dilectus  
apponatur, ictus sui veneficia lut. Resistunt quo-  
que acini dulcis punici decocti, & illi item por-  
ri, & alia contrita, nec non aquæ calida fons: sed  
hæc ad locum pertinent. Prodest potum abrota-  
ni decoctum, maximè si in vino detur: præterea  
ferpillum & galbanum, & crux vino madefacta:  
recentes eupressi pilule cum aceto, & cyclaminus  
ex aceto mullo, & pyrethrum cum vino, & cha-  
mæleonis herba radix. Nec defunt, qui literarum  
monumenta tradiderunt, tritum murem araneum  
contra suos ictus cōmodè bībi. Quam historiam  
apud alios inventam, dignam duntaxat censui-  
mus, quæ adnotaretur. Alii asseverant, demor-  
sum non alias exulcerari, nisi prægnans mus araneus  
fuerit: tum sanè auxiliari ferunt. *Dioſcor.*

**A** Si VIPERA momordit, corpus intumes, ve-  
hementer arescit, subalbidumq; colorē concipit.  
Sanie à vulnere profunditur, primum subpin-  
guis, mox cruenta, pustularis, adultus similes erum-  
punt: & anteā depalcens ulcus, quod in proxima  
repens, non summa modō corporis, sed intima  
quoque corripit. Gingivæ iis cruroe suffundun-  
tur: inflamatio circa jecur erumpit: tormina &  
biliosi vomitus sequuntur. Sopor, tremor, & urinæ  
difficultas accedit, & frigidus sudor offundi-  
tur. \* Ubi verò vipera mortua impressit, sumum  
caprinum cum vino studiose impositum opitu-  
latur. Item laurus, & abrotanum, & galbanum  
splenii loco superjectum, & organum viride in-  
ditum: pulli gallinarum discepti, & confessim  
admoti: ervi farina vino subacta: radicis cortex  
usque cōtus, ut in pulvrem solutus abeat, &  
scilla rosta: detriticum chamarmelum, hordeacea  
farina, catalapisma in aceto mullo preparatum:  
sed locus ante eo calido foveatur: hæc loco im-  
ponuntur. Contra viperinos ictus tubus cum vi-  
no prodest. Aliqui anchusam tenui folio con-  
stantem auxiliari produnt. Leporini coaguli in  
vino tenui oboli bibuntur, & porracei succi he-  
mina in mero, & solitorum apialistruccus, & syl-  
vestris ruta, hæc in vino potari debent. Vinum  
frequenter bibendum, allia mandenda, & cepæ,  
& porti recentes, falsamenta acerrima, & opipa-  
ra, simplicia hæc sunt. Percussis à vipera præclarè  
auxiliatur medicamentum, quod myrra, pipe-  
ris, caſtorii, floris portulaca feminisq; dimidio  
acetabulo conſtat: hæc omnia in Cretico paslo  
teruntur, aut in alio probato. Eritistratus in eo  
libro, qui de virtibus inscribitur, pleraq; alia tra-  
didit, quæ ictis à vipera auxiliū ferre possunt:  
inter quæ talia maxime laudantur: Gallinacea  
cerebella cum vino pota: semen sativa brasiliæ  
tritum, & acetabuli menſura cum vino potum.  
Quinetiam bonum est, digitum in liquidam pi-  
cem iningere, deinde vinum, quo digitus fuerit  
elutus, bibere. *Dioſcorides.*

**C**ONSIMILIA supradictis in vipera eve-  
niuntur, quia CACILLA nomine, & AMPHIS-  
SEA demotis sunt, eademq; ferè auxiliantur.  
quare hoc venenum privatae descriptionem  
fortius non est: neq; visum est dignum, quod a  
lio genere comprehendatur. De iis autem men-  
tionem hoc loco fecimus, quoniam ferè reme-  
diis ad viperas scriptis, percussi ab eis adjuvari fo-  
leant. *Dioſcorides.*

**F**A'DRYIN o morsus pustula, moleſtique do-  
lores incidunt, præterea quæ dilata sanie emis-  
ſarium subest: quinetiam erosio, torminaq; con-  
sequuntur. \* Ab eo ictis convenit aristolochia  
cum vino pota, trifolium herba, radix haſtula  
regis ſimiliter affumpta, & fructus ex omni glan-  
diferarum arborum genere: & tuſi ictis radices,  
& illite parti ictæ auxiliantur. *Dioſcor.*

**A**B MÆRHO o ictis vehementes cru-  
ciatus accidunt, qui angusta contractaque cor-  
pora ex continuo dolore reddunt. Ex plaga co-  
piosus sudor effluit, & quaerunt; parte corporis

cicatrix ulla fuerit, ea sanguine manat. Excretaria per alvum eruenta ejiciuntur, profluensq; sanguis in globo coit. A pulmone languorem exsuffiat, & in vomitiones effusus sine remedio commortuntur. Quos vero diplas percussit, tollitus ac non contractus tumor premis, litisque usq; eō pertinax ut satiar non possit, ac sine ulla intercapidine exercitet: & si potum pleno ore affatus trahant, illud in eandem sifum relabuntur: proinde tuto habitu similes sunt iis, qui ante potus nihil haferint, quare propter continuam sifim, & prester, & cauſon, aut diplas appellatur. Hemorrhoi, diplasique morbus velut immedicabiles à plenisque majorum deplorati relinquuntur, quare ille peculiaribus contra dipadem remediis egamus, communia experiri opera precium erit. \* Protinus autem scarificatione uti, unctionem facere, & si locus patiatur, extremon amputatione opus erit: coequenter quam acerrima cataplasmata admovere, de quibus sapenumero diximus. Nec me fugit, acres cibos, maxime à filamentis, utiles esse. Meracae potionis, & lavacra profundi, quæ subinde interjecto brevi spacio afflumenda sunt, priusquam morbi genus emergetur, quo semel erumpente, opeum ferre non potest ulla Medicis opera. In istu hemorrhoi eadem profundunt. Insuper quæ in comune opitulantur, ut scarifications, unctiones, acres cibi, meraci potus, & quæ nunc in dipade definitivus. Quineriam decocta vitis foilia, & cum melle trita. *Dioscorides.*

Ab NATRICE demoris ulcus dilatatur, & lividum ac ingens evadit. Sanies ex eo multa, & atra, & male olens, non fecus atq; iis quæ serpunt ulceribus, expuitur. Si ergo morsum matrix adegit, prodest origanum tritum, & aqua subactum: lixivia cum oleo indita, aut aristochiae cortex, aut querna radix monutum contrita, & hordei farina cum aqua & melle colliquata. Bibuntur etiam binæ aristochiae drachmae in portione posce cyathis duobus, deinceps martubus fuccus, vel decoctum alterius cum vino; fagus recens decitur in aceto. *Dioscorides.*

**G**ENCHRI morsum, qui viperino ictui similis est, putridum ulcus sequitur. carnes antevarum in aqua inter cicutem prætumide defluant: lethargo corripuntur, & vetero preli somnos captant. Erasistratus eos jecinore, intestino jejunio, coloque conficitari, auctor est, quippe dissem

A etiisipsis, omnes ferè partes corruptæ reperiuntur. \* Morsis à cenchro auxiliatur lactucæ fructus cu lini semine illitus, & satureja trita, & tylvestris ruta, & serpilla, cum diabus hatalze regia drachnis, & tribus vini cyathis, aut aristochiae radix, item cardamomum & gentiana. *Dioscorides.*

**A**CERIDE percussis locus attollitur, cum duritas pustulosus: è plaga sanies profundit, modò atra, modò pallidior, sed toto concretu vanescus, intumescit: genitale intenditur, mens labebat, & oculorum caligo exoritur: deniq; rigores nervorum distenti commoriuntur. \* Si ceterales percussi erit, cito paris amputatio suffragatur, quare sine mora istam partem amputare, aut ictalpro confestum circumcidere, & in simila prolequii oportet. Utentia insuper reliquis admovenda: si quidem virus hoc veneno basilisci funile est. *Dioscorides.*

Ab ASPIDE itis vulnus exiguum proftsus, quasi ab adacta acu circa tumorem conspicitur: sanguis exiguis ille quidem, sed ater distillat: caligo velox oculos obnubit: labor in totum corpus multiplex, omnino levis, & non sine voluptate configitur. Ideo Nicander perpulchrit cecinit: At vir perit absq; labore, vires atq; discolor, mediocris stomachi dolor afficit: frons perpetuo reficitur: genæ contremiscunt, quasi sine sensu in somno vellicant. hos mors tollit ad diei trientem non dilata. \* Cæterum iis qui ab alpide feriuntur, quæ de ceraste scriptæ sunt, auxilia dari debent. Nam venenum hoc, quemadmodum basilisci celerrimè in arteriis sanguinem cogit. *Dioscorides.*

**E**RASISTRATUS in libro, quems de medicaminibus & venenis condidit, de vocato BASILICO scite ita referit: Cum basilicus morderit, vulnus ad auri colorem efflavescit. Itaque in plurimis, que virus ejaculanter, comites note ita se habent. \* Ad basilici morsum, ut idem Erasistratus auctor est, auxiliatur castori drachma in vino posca: item papaveris succus. Ictuum remedia ita se habent. *Dioscorides.*

**T**ARANTULÆ in Apulia innumeræ vagantur. Icti ab his diverse torquentur. siquidem ali perpetuò canunt, ali rident, ali piorant, ali clamant, ali dormiunt, ali vigiliis afficiuntur: nonnulli saltant, plerique vomitionibus laborant, sicutque phrenitics ac maniacis similes. \* Hujuscem veneni vis mutica mulcetur. *Matthiolus.*

## De Animalium partibus, Sectio XXI.

**C**EREBELTA passerum Vere & autumno captorum repenuntur cum vitello ovi & melle: vel Sole aut cinere siccata. *Mediterranea Colonienæ.*

**T**ERRÆSTRIS LEPORIS inastatum cerebrum mandatur, \* juvandis tremoribus, qui valetudine contracti sunt: affricata aut cibo factem infantibus dentitione præstat; exultu caput, & cum adipe ursino aut aceto illuum, alopecia-

rum inanitatis medetur. *Dioscorides.*

**C**APUT LACERTÆ parietariae, & rana sedula tela ac spicula e corporibus detrahit. *Mizaldus.*

**C**APUT CATI omnino nigri, in nova olla aduratur, & incineratur, ex eoq; ad levorem, & tenuisimum pollinem deducto, nonnulli per tubulum pennæ mundæ, in oculum quotidie ter infusflatur: ad oculorum virtutis, unguen, nebulam, albuginem, & alia remedium præstantissimum est. *Sil.*